Josephus Scaliger Marco Velsero suo S. Non verebor 1/ 344
iterū te de eadem re convenire, de qua proximis lite-
ris egeram. Editio Eusebii tota pendet ex arbitrio tuo.
In te enim solo situm ē, eam promoveri, aut retardari.
Namq; iuvare nos potes, si per te Georgium monachum
Bibliothecæ vestræ publicæ adipiscor, q̄ suum Chronicon
Spoliis Eusebianis exornavit. Meministi q̄bus precibus apud
te egerim ultimis meis literis. Easdem preces iterū re-
ferre, ē diffidere bonitati tuæ. Reliquum ē tantum,
ut tibi aurem vellam de eadem re si per tuas serias
occupaões alio avocatus fuerit animus tuus, quo minus
ipsius negotii memineris, aut occasio lapsa sit quo
minus id efficere pot- . . . Te solum implorat Eu-
sebius noster, quem tuum facere potes si illi re— — — (desunt hæc in origin.)
quod Georgius illi abstulit. Tabellarii vestrates q̄ Am-
stelodamum .. commeare solent, recte nobis librū
perferre potuerunt et Johanni Commelino negotiatori
Amstelodamensi dare. Is non solum recipiet de libro
restituendo sed omnibus opibus suis pro me fide
jubebit. Fac, mi magnifice vir ne frustra à te
hoc petierim. Ego faciam, ne frustra tantum bene-
ficium mihi contuleris. Vale. Lugduni Batavorū
prid. Id. Decembr. CIↃ.IↃ.CI.

[Clarissimo, et Nobilissimo Viro Marco Velsero
Patricio Augustano.
Augustam Vindelicorum.

Jos. Scal. Marco Velsero suo S. Quo minus Eu- p. 341 2/
sebius noster in Lucem prodeat, non mea, sed Ty-
pographorum culpa est, q̄ res suas potius agunt,
quam nostras. Nam paratus q̄dem ille ē jamdudū,
et operas Typographicas non moratur. Tantum abfuit
qn oē propositum edendi abjicerem, ppr horrendā
perturbaõem quam inseruit codicibus, q̄bus hactenus